





Z  
Pra. 6. num. 20.

ACTVARIVS PECCANS

CIRCA

SENTENTIAS ET DECISA.

ORDINIS JVRIS CONSVLTORVM

CONSENSV

P R A E S E S

GVSTAVVS HENRICVS

MYLIVS,

JCTVS,

CVRIAЕ PROV. SVPR. ET FAC. JVR. ASSESSOR,

E T

CHRISTIAN. FRIEDER. FACIVS,

STREHLA - MISN.

AVTOR RESPONDENS

IN AVDITORIO JCTORVM

AD DIEM XXVI. FEBR. MDCCXXXI

DISPV TABVNT.

LIPSIAE, LITTERIS BREITKOPFIA



28

ACTA RIAS PRECCANIS

GRATIA

SENTENTIAS ET DECISAS

ORDINIS VARSIENSIS CONSULTORVM

CONVENTU

PRAESES

CAEVIAS HENRICVS

MULIER

CHRISTIANUS HEDIGER LACIVIA

THEATRUM MUNICIPALIA

COLLECTORI ALEXANDRI

ADIDICIO TOTORVM

ADDITIONES ET CORRIGENDA

DIALOGI

28  
VIRIS

ILLVSTIBVS AC GENEROSISSIMIS DOMINIS

DOMINIS

DAMO SIGISMVNDO  
PFLVG,

DOMINO HEREDITARIO IN STREHLA ET TREBNITZ,  
PRAEFECTO CIRCVLI JVTERBOCENSIS,

OTTONI FERDINANDO  
PFLVG,

DOMINO HEREDITARIO IN STREHLA  
ET GOERTZIG,

DOMINIS MEIS GRATIOSIS.

# DYMO ZIGI-SM ANDO

# ATTONI FERDINANDO

P E T L A G

V I R I  
ILLVSTRES ET GENEROSISSIMI.

**N**on dubito, quin VOBIS, VIRI ILVSTRES, videatur mirum, metam esse audacem, ut tenuissimas has plagulas ILLVSTRI BVS VESTRIS NOMINIBVS insignire sustineam. Condonabitis autem hanc audaciam, si religiose VOBIS ad severo, me nullo alio respetu id suscepisse, quam ut devoti mei erga vos cultus aliquod præberem specimen, & singularem illam, qua me meosque prosecuti estis gratiam, debit is efferrem laudibus. Agnoscit Parens meus, quantum debeat FLVGIAE domui, fatetur lubens, PFLVGROS fuisse fortunæ suæ adjutores, fuisse amplificatores, desinet etiam propterea nunquam ILLVSTRE PFLVGIORVM celebrare ac prædicare nomen. Et quid ego dicam; quem dudum jam VESTRA VOBIS obstrinxit gratia, cultorem reddidit Generosa VESTRA comitas. Felicem me

& in posterum predicabo, si ego in gratia  
VESTRA præsidium, studia mea firma-  
mentum invenire possunt. 2 Offero itaque  
VOBIS, VIRI GENEROSISSIMI, pri-  
mum hunc ingenii mei fætum. Aspice,  
quæso, has Academicorum studiorum pri-  
mitias, quas venerabunda manu exhibeo,  
vultu gratioſo, oculis benignis. Si sunt le-  
videnes, liceat mihi hunc defectum com-  
pensare voto. Recipiat VOS VESTROS  
que sumnum Numen in finum suum ac tu-  
telam, seruet vos contra quosvis maligno-  
ris Saculi casus, beat ILLVSTREM  
PFLVGIA M gentem felicitate omnibus  
numeris absoluta. Mihi autem conservate  
illam, quam abunde jam declarasti, grati-  
am, & statuite de cliente VESTRO, cum  
nullam intermissurum esse occasionem, qua-  
suam VOBIS observantiam exhibere, de-  
vincissimumque VOBIS animum proba-  
tum reddere possit, qui semper erit

VESTRORVM ILLVSTRIVM  
NOMINVM

devotissimus cultor,  
CHRISTIAN. FRIEDERIC. FACIVS.

I. So.



28

I.

**S**olenne est quibusdam Judicibus, ut in omnibus causis, levioris etiam momenti, aut ubi jura partium plana & aperta, in quæstionibus ad sententiam expetendam emissis simul Rationes decidendi efflagitent, imo nonnunquam cum allegatis DD. & Ju- rium, id quod neque partes, neque momenta causæ desiderant. Produnt sane hi vel ignorantiam, vel oscitantiam suam, litigantibus vero absque causa ur- gente cumulant sumtus, cum Collegia majoris la- boris intuitu honorarium quoque poscant lau- tius.

II.

Peccat Aëtuarius, qui omissa solenni publica- tione sententia illam per notificationem in causa ci- vili parti, aut req in criminali, communicat, copiam que

que transmittit, quamvis id in vim publicati fieri, ad-  
jiciat. Varia enim ex ejusmodi transmissione co-  
piæ nascuntur incommoda, tum quo ad momentum  
descendii, tum quoad agnitionem. Ritus enim, in  
sententia in loco judicij recitanda, ore tenusque pro-  
ponenda observandus est, & publicationis Solemno-  
ris actus a communicatione vel notificatione, qua-  
fit in scriptis, differt, v. MENCK. ad Ord. Proc. Sax.  
Tit. 34. §. 87. & ipsa sententia ex scripto legi debet  
L. f. C. de Sent. ex Peric. recit. Invalidam ergo, &  
absque effectu esse ejusmodi notificationem recte  
censuerunt Jcti Vitembergenses in sententia versus  
Haynsburg, an. 1733. concepta, quam M. Majo d.  
anni confirmarunt Lipsienses, nec reticendum est,  
hunc publicandi modum rescripto Regio M. Jan.  
1731. ad Praefectum Torgaviensem emiso, his verbis  
improbatum fuisse: Begehren darauf, du wolleſt  
im übrigen aber nachdem Wir wahrgenommen, daß  
du denen Partheyen die Urtheil iedesmahl in vim  
publicati zuzuschicken pflegest, dich dessen künftighin  
enthalten und zu deren Publication nach Vorschrifft  
unserer Erl. Gerichts-Ordnung Tit. 34. §. 5. alle-  
zeit behörigen Termin ansetzen.

## III.

Actuarius Judicij rationes decidendi in causa  
Criminali ante responsionem ad articulos non com-  
muni-

SUD

municet, ne ansam reo præbeat excogitandi artes  
& subterfugia, quod haud ita pridem Responso  
Fac. Jur. Lipsiens. hujus tenoris confirmatum  
scimus:

Will derselbe: Ob ein Richter einen pro aver-  
tenda agirenden Inquisiten, und auch ferner, ehe und  
bevor die Special-Inquisition bis auf die Haupt-De-  
fension absolviret, die rationes decidendi eines Ur-  
theils auf Verlangen zu communieiren schuldig?  
des Rechten berichtet seyn. Ob nun wohl einige  
Rechtslehrer davor halten, daß einem Inquisiten ohne  
Unterscheid zu Führung seiner Defension auch vor  
der Antwort ad Articulos inquisitoriales die ratio-  
nes dubitandi & decidendi eines wieder ihn gespro-  
chenen Urtheils nicht zuverweigern, damit er durch  
dreen Ablehnung sich desto besser defendiren, und  
was ihn ins besondere graviret, erkennen möge, auch  
darwider, was bei einigen Gerichten in causis civi-  
libus in contrarium recipiret, wegen des Favoris so-  
dener Defensionibus derer Inquisiten zustatten  
kommt, nicht zu attendiren, folglich, daß die rationes  
decidendi eines Urtheils, darinnen auf die Special-  
Inquisition erkannt, einem Inculpaten nicht zu ver-  
sagen, es das Ansehen gewinnet. Dennoch aber  
und dieweil einem Inculpaten die rationes decidendi  
eines wieder ihn ausgesallenen Urtheils nicht vor der  
völlig instruirten General-Inquisition mitzutheilen,

B

damit

damit er sich nicht auf Lingen und Verdrehungen gefast machen könne; und der favor defensionum nicht zum prejudiz des Interesse publici gereichen muß, da hingegen dieses alles nach der beschheuenen Antwort ad Articulos cessaret, und in solchem Fall, dasferne keine Verordnung des Superioris im Bege steht, oder sonst ein gegründetes Bedenken sich er eignet, denen Inquisiten, so die rationes decidendi eius Urtelis begehren, damit zu willfahren; So kan zwar ein Richter vor des Inquisiten Antwort ad Articulos Inquisitionales, im Fall ihm die Defensio pro avertenda gestattet werden, zur Communication derer eingelauffenen rationum decidendi nicht ange halten werden, er mag sich aber nachhero derselben mit Bestande nicht entbrechen. V. R. W.

## IV.

Produnt Judiciorum Aetuarii aliique, ad quos sententiae Jure Consultorum concepta remittuntur, ambitionis vitium, inscriptio titulusque more recepto usitatus ut augeatur, anxie sollicitando, ut plurimum tamen frustra. Mos enim antiquus & in hoc retinendus est eo magis, cum pro moribus seculi vix norma invenienda sit, secundum quam ad unius cujusque tituli-cupidi palatum quadret allocutio. Aestimatur sane a prudentioribus aetuariorum tam ex dignitate muneris & tituli officialis pompa

pompa, quam ex diligentia & dexteritate, quæ ex  
actis apparent.

## V.

Peccat Actuarius, qui positiones & scripta ante  
transmissionem haud perlegt, nec ea, quæ deside-  
rantur, supplet, ut adeo non sine tædio Jurispru-  
tentum, dispendioque partium interlocutoria feren-  
da sit ad illud, quod desiderant, supplendum. Idem  
dicendum defensione rei non perspecta. Adeoque  
cum de hac oscitantia ille cuius interest, conqueri-  
tur, merito sumtus, quos hæc sententia causatur,  
solus ferre tenetur actuarius.

## VI.

Recte negligit actuarius apud nos partium lit-  
gantium protestationes, ne acta ad certum Colle-  
gium prudentum transmittantur, ubi justa causa  
excipiendi deficit, & annexa appellatione, ut libe-  
rum in hac re ipsius sit arbitrium, apostolis refuta-  
toriis ad Superiorum datis curat, Dn. R I V I N.  
ad Ord. Sax. Proc. T. 34. Enunc. II. peccat vero in eo  
casu, si unus ex litigantibus Dicasterium certum  
nominat, & ut ad illud præcise acta transmittantur,  
desiderat, huic petito annuendo, cum absque su-  
spicione gratificationis id fieri non possit. Multo  
magis vero peccat in denegando petito, ubi uter-

que litigantium illud postulat, cum eo ipso quasi in Sententiam Collegii, quod eligunt, compromittunt. Adeoque Ordo J Ctorum Lips. M. Nov. An. 1736. declaravit sententiam nullitatis vitio laborare, quā invitis partibus in Dicasterio alio, quam elegerant, concepta erat. v. C A S P. Z I E G L. Introd. ad Processum Cap. XIII. §. 9. B R V N. N E M A N N Process. Civ. Cap. XXVII. §. 6. & L V D O V I C I Einleitung zum Civil- Proc. Cap. XXIV. §. 1. M E N C K ad O. P. S. Tit. XXXIV. §. 16.

## VII.

Graviter peccant actuarii, qui decretum ipsi concipiunt, & per illud ea, quae adhuc a parte judicis expedienda vel supplenda, imo etiam minus recte acta sunt, exprimunt, & sibi ipsis omissa exprobrant. e. g. *Dass Beklagter noch zur Zeit pro Confesso & Convictio nicht zu halten, sondern anderweit mit Ertheilung einer vollen Sachs. Frist, das rein weder der dies termini noch insinuationis zu rechnen, gebührend vorzuladen, &c. item: dass Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt hat, sondern es wird zuförderst Beklagtens fol. befindliche Appellation vermittelst Erstattung Berichts gebührend aus dem Wege geräumet ic.* Quid enim opus est, ut Judex seipsum ratione officii & legalis expeditionis excup.

excitetur, & documentum oscitantiae per rem iudicatam extet perpetuum?

### VIII.

Peccat Actuarius in concipienda quæstione sententiae, ut vocant, si eam nimis generalem, aut actis non conformem concipit, aut ea miscet, quæ ad rem non pertinent, aut ex affectu iracundiae promanant. Priori enim casu dubium nonnunquam redditur Collegium in quo passu opus sit decisio, an volumen actorum separatum, quod nonnunquam fieri afolet, Conscriptum, an correus in loco deprehendatur, vel vagabundus, vel mortuus &c. Posteriori casu animus sententiam concipientis ad alia deflecti & ad rigorem induci potest. Improbarunt hoc vitium Scabini Vitembergenses, Mens. Julio 1718. ad Praef. Wolkenstein adiecto monito: Er ist aber hinsührō bey Absfassung derer Urthels-Fragen aller passionirten Ausschweiffungen sich zu enthalten schuldig. Dissent. ZIEGLER. cit. §. II.

### IX.

In concipiendo Purgatorio caveat Actuarius, ne occasionem præbeat reservationibus, ut vocant, mentalibus, quod tum maxime contingere potest, ubi in deciso ea, quæ in facto consistunt, ad plurimas easque superfluas circumstantias restringuntur,

in quibus forte hoc vel alio modo erratum fuit. Iam vero homines simplicis ingenii, rustici, pastores, aliique ad diverticula configuiunt, & iuraturi conscientiam putant esse salvam si in minima re errorem deprehendant, ad ipsum delictum vero eiusque veritatem non adeo respiciunt. Exulare igitur debent circumstantiae loci, temporis, morum &c. in Deciso, e. g. Dass es den 1 Martii Abend zwischen 4 und 5 Uhr geschehen, dass der Geschlagene von seinen fünf Sinnen nicht gewusst ic. nisi forte in certo puncto deprehendatur momentum aliquod vel defensionis, vel indicii gravantis. Sic observatum haud ita pridem in actis Inquisitionis, stupratorem iurasse concubitum non factum esse in leto stuprato, cum autem postea confiteretur delictum, excipiebat, in proprio lecto illud perpetratum esse.

## X.

Peccant saepius Judices, qui in causis minimi præiudicii, iniuriarum, famulorum & aliis, quorum catalogum §. VI. ad Tit. i. Ord. Proc. Rec. exhibet, SENTENTIA M efflagitant ab Jctis, cuius tamen honorarium nonnunquam ipsum litigii objecrum excedit. Et licet Dicaesteria ut plurimum surrogent decisum, attamen hic quoque locum inventit illud Poetæ :

Turpi-

*Turpilucricupidum te vocant cives tuū.*

Rectius igitur actuarius determinationem minus solennem negotii levioris, quam vocamus: eine Weisung, in eiusmodi causis ad acta concipit & publicat, aut D E C I S V M Dicasterii poscit.

### XI.

Quidam ex Actuariis Volumina Denunciacionum cumulant, & quæ diverso tempore aut loco, & a diversis personis contra eundem reum prolatæ absque necessitate separant adeo, ut ad plurima Volumina diversa Decisa concipienda sint. Hoc segre tulit Ordo Juridicus Lips. & Justitiarium quendam admonuit his verbis: Es sind auch in Zukunft die Rügen ohne Nach nicht zu häuffen und unterschiedene Decisa zu veranlassen.

### XII.

Peccat Actuarius, cum in Sententia Criminali Territorio verbalis præscripta, si Rationes Decidendi reo eiusve Defensori communicat, illarum copiam aetis inquisitionis inferendo. Vix enim ac ne vix quidem illæ concipi possunt, quin advocatus Prudens hoc genus territionis ex illis divinare possit, id quod, ne medium eruendæ veritatis eludatur, sedulo cavendum est.

### XIII.

## XIII.

In causis Civilibus minus recte publicatio sententia ad Decidendi rationes extenditur, ubi haec separatim adjecta, adeoque male registratura publicationis concipitur: Aeto ist das eingelauffene Urtheil nebst denen Rationibus Decidendi denen Partheyen gebuhrend publicaret worden. Ratio enim non est pars vel accessio Sententia, nisi illi inserata, tum enim saltem cum ipsa vires rei judicatae occupare in praejudicium partium traditMENCK.

*ad Ord. Proc. Sax. T. XXXIV. §. 77.*



**ULB Halle**  
003 898 946

3



56.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ACTVARIVS PECCANS  
CIRCA 1739, 23  
SENTENTIAS ET DECISA.  
ORDINIS JVRIS CONSVLTORVM  
CONSENSV  
P R A E S E S  
AVSTAVVS HENRICVS  
MYLIVS,  
JCTVS,  
CVRIAE PROV. SVPR. ET FAC. JVR. ASSESSOR.  
E T  
CHRISTIAN. FRIEDER. FACIVS,  
STREHLA - MISN.  
AVTOR RESPONDENS  
N AVDITORIO JCTORVM  
AD DIEM XXVI. FEBR. MDCCXXXI  
DISPV TABVNT.

LIPSIAE, LITTERIS BREITKOPFIANIS

